

inconsideratio de eo, quod eligendum est tale malum propter aliquod bonum temporale, longe maiori bono spiritali postposito.

Quod autem dicitur de articulis Parisiensibus, intelligendum est, iuxta dicta, de intellectu existente in apice rationis quantum ad cognitionem speculativam, non vero quantum ad cognitionem practicam. Nec in Schola D. Thomae multum curandum est de illis articulis, quatenus eius doctrinam tangunt, postea revocari fuerunt tum ab Stephano Episcopo Parisiensi anno 1325. Tum ab Urbano Pontifice in Extravagant. *Laudabilis Deus*, ubi precipit, doctrinam D. Thomae recipi ut Catholicam, & damnat omnes, qui eam damnat ut erroneam.

¶ Ad secundam objectionem, quae suppressae continet replicas contra iudicium practicum, infallibilitatem voluntatem ad vnam extremum contradictorium, satis constat ex dictis in toto hoc opere, maxime in tract. de Praedestin. disp. 1. dub. 2.

g. II.

Secunda assertio.

126 **D**icendum est secundum, ante primum peccatum Angeli non praecessisse ignorantiam, aut errorem, sed aliquam inconsiderationem. Haec conclusio quoad omnes eius partes expressè traditur à D. Thoma art. 1. huius quaest. ad 4.

Prima vero pars probatur ratione: nam Angelus habuit à principio suae creationis scientiam omnium rerum tam naturalium, quam moralium, necnon fidem, & revelationem omnium earum rerum, quae ad honestè operandum in ordine supernaturali necessariae erant: ergo non potuit peccare ex ignorantia. Patet consequentia: nam ignorantia alicuius obiecti incomparabilis est in intellectu cum perfecta scientia, aut fide, & revelatione illius. Antecedens verò probatur: Tunc ex illo Ezechiel. 28. ubi Lucifer dicitur plenus sapientia, & perfectus decore à die conditionis suae. Tum etiam: nam intellectus Angelicus in hoc differt ab homine, quòd intellectus hominis ab initio suae creationis est in pura potentia respectu omnium intelligibilium; intellectus verò Angeli propter sui excessum in immaterialitate habet à principio suae productionis species omnium rerum, necnon revelationem & fidem omnium earum rerum, quae ad honestè operandum in ordine supernaturali necessariae sunt, ut probavimus disp. praeced. dub. 3. ergo.

127 Secunda pars etiam probatur: Nam error est quadam defectiva operatio intellectus procedens ex defectu alicuius principij, ut tradit D. Thomas quaest. 16. de Daemonibus art. 6. sed in Angelis non potuit esse ante suum primum peccatum defectus alicuius principij cog-

noscenti tam in ordine naturali, quam in ordine supernaturali: ergo non potuit praecedere alicui error ante primum eorum peccatum. Minor probatur: nam Angelus habuit ab initio suae creationis scientiam omnium rerum naturalium, pertinentium ad hoc unum, necnon revelationem & fidem omnium earum rerum, quae ad honestè operandum in ordine supernaturali requirantur, ita id exigente propter magnam sui immaterialitatem illius natura, cum qua dona gratiae & eorum species proportionantur: ergo secundum providentiam ordinariam non potuit esse defectus alicuius principij, tam in ordine naturali, quam in supernaturali.

128 Respondetis primò ex doctrina Adversariorum, falsum esse, quòd Angelus habuerit ab initio suae creationis plenam revelationem & fidem omnium rerum supernaturalium; cum Angelus inferiores illuminatur de illis à superioribus, necnon per Apostolos, ut colligitur ex illo Apol. ad Ephes. 3. *Ut innotescat Principatibus, & Potestatibus in caelestibus per Ecclesiam, multifarmiter sapientia Dei.* Quaequidem illuminatio non haberet locum, nisi supponeret in Angelis illuminatis ignorantiam aliquorum obiectorum supernaturalium.

Sed contra est primò: Nam ad hoc ut Angelus possit à superiori illuminari, sufficit, quòd non habeat notitiam explicitam de omnibus mysterijs gratiae secundum omnes circumstantias illorum: cum quo rectè cohaeret, quòd habeat ab initio suae creationis & per infusionem dona omnia supernaturalia, & species ad ea cognoscenda, ita id exigente immaterialitate suae naturae, sicut in rebus naturalibus contingit: ergo nullus est defectus in illo ex parte principij adhuc in ordine supernaturali. ¶ Secundò: Nam dato, & non concesso, quòd Angelus non haberet omnia comprincipia supernaturalia sufficientia ad cognitionem omnium mysteriorum gratiae, adhuc stare nequit in illo aliquis defectus ex parte principij. Quod sic ostenditur: nam voluntas nequit applicare intellectum ad iudicandum de illis obiectis, quae eius captum excedunt sine nota temeritatis: ergo si inde retularet aliquis error, iam supponeret aliquod peccatum; sed voluntas Angelus ante suum primum peccatum non erat deordinata, ut ex ipsis terminis liquet: ergo. Unde D. Thomas loco citato de Daemonibus sic ait: *In bono Angelo potest quòd à nescientia purgantur: Non autem in eis potest esse defectus falsa opinionis: quia, cum voluntas eorum sit ordinata, non applicat suum intellectum ad iudicandum de illis, quae cognitionem eorum excedunt. Sed in malis Angelis, propter inordinatam & superbiam voluntatem &c.*

Ref.

129 Respondetis secundò, quòd ut Angelus possit habere aliquod iudicium falsum, sive circa res naturales, sive circa res supernaturales, sufficit, quòd non sit in actuali cognitione omnium illarum rerum. Quod defecto concedendum est, ed quòd Angelus solus est necessitatus quoad exercitium ad cognitionem sui, ut alibi diximus.

Sed contra est: Quia hoc solutio ex diametro opponitur doctrinae Divi Thomae quaest. 16. de Daemonibus ad 4. ubi illam sic reellit: *Dicendum, quòd habere notitiam in actu stat dupliciter. Uno modo quantum ad actualem considerationem; Et sic non intelligitur, quòd Angelus habeat actualem notitiam omnium, ad quae sua naturalis cognitio se extendit. Alio modo quantum ad habituales notitiam: Et hoc modo Angelus habet actualem notitiam respectu omnium, quae naturaliter cognoscere potest. Et istud sufficit ad repellendam falsitatem contrariam: non enim nobis semper actu constanter principia; sed ipse habitus principiorum sufficit ad repellendum omnem contrarium errorem circa ipsa.*

Quae verba sic rediguntur ad formam syllogisticam: Nam repugnat, quòd Angelus habeat scientiam perfectam omnium rerum naturalium, necnon fidem & revelationem mysteriorum supernaturalium, & quòd circa ea habeat aliquem errorem; sed Angelus habebat scientiam perfectam omnium rerum naturalium, necnon fidem & revelationem supernaturalium, ut praedicta evasio supponit: ergo ante primum eius peccatum, non potuit cadere aliquis error in eius intellectu. Maior probatur: Tum, quia quis habens habitum principiorum, est non sit in actuali cognitione eorum, nequit habere errorem actualem circa ea; ergo pariter Angelus, habens scientiam perfectam omnium rerum, nequit habere errorem actualem circa eas. Consequentia patet à pari: et. Et quia Angelus non dissentit à principijs ad conclusiones, sed statim in ipsis principijs per se notis videt conclusiones. Tum etiam: nam actus haereticus non potest compati cum habitu aut actu fidei: ergo nec error actualis circa aliquod obiectum compati potest cum scientia perfecta aut ea; et notitia habituali illius: ergo si Angelus habuit scientiam perfectam omnium rerum naturalium, & notitiam certam supernaturalium ante suum primum peccatum, non potuit habere aliquos errores actuales.

130 Neque enigmis viti huius impugnationis dicendo, quòd Angelus potuit incidere aliquod iudicium erroneum destructivum scientiae, aut notitiae certae, quam habet de obiecto naturali, aut supernaturali.

Non inquam enigmis: Nam in Angelo, stante scientia perfecta circa obiecta naturalia, nequit dari iudicium erroneum circa ea; Paul. Theol. Salm. Tom. II.

aliàs neque circa supernaturalia: ergo ante suum primum peccatum non potuit elicere iudicium erroneum. Maior videtur certa: nam quia non demones habent perfectam scientiam circa obiecta naturalia, non possunt errare circa ea. Tum, quia in Angelo scientia se habet sicut in nobis habitus primorum principiorum; quo existente, non datur locus errori circa ea.

Minor verò probatur primo: Nam si Angelus posset elicere iudicium erroneum circa supernaturalia, vel esset iudicando haereticè falsè esse, quae Deus revelat, vel iudicando de illis aliquid, quòd non est ei revelatum, vel per evidentem consequentiam ex revelatis deducibilem; sed neutro modo potuit errare: ergo non potuit errare circa supernaturalia. Minor quoad primam partem probatur: Nam, quia primum peccatum Angeli non potuit esse haereticè, quia temporativolitionem, ut supra probatum est. Item etiam: quia haereticè praesupponit malum voluntatem, sicut actus fidei praesupponit piam affectionem: ergo nequit ad primum peccatum demonis praecedere iudicium haereticum.

¶ Quoad secundam partem etiam probatur: nam iudicare de obiectis non revelatis nequit non praesupponere aliquod praecipitij genus, quòd est peccatum temeritatis; quòd non potest esse primum in Angelo, sed deordinata beatitudinis naturalis voluntas. ¶ Probatur secundò idem assumptum: Quia error est malum intellectus, ut dicitur 6. Ethic. sed non culpa, nisi sit voluntarius; ac pròinde praesupponat voluntatem deordinatam; ergo est malum poenae; sed poena praesupponit culpam: ergo ante primum eius peccatum non potuit praecedere error.

¶ Probatur tertio: Nam intellectus semper est vetus, per se loquendo; circa proprium obiectum, sicut sensus non decipitur per se, sed solum per accidens circa sensibile proprium: ideoque intellectus solum potest decipi propter passionem insurgentem; aut actum, vel habitum vitiosum, ratione quorum perturbatur; vel ab aliquo inferiori, id est, à phantasia, vel ab aliquo huiusmodi; sed nihil horum habet locum in Angelo ante suum primum peccatum: ergo.

¶ Ex his probatur tertia pars nostrae assertionis: Nam ex una parte debuit praecedere aliquis defectus moralis ex parte intellectus, ut probatum manet in prima assertione; sed talis defectus non fuit ignorantia, aut error possessivus, ut probavimus in 1. & 2. parte huius secundae assertionis: ergo cum nullus alius defectus supponit praeter inconsiderationem privatam manifestam, sequitur, hanc praecessisse ad primum peccatum Angeli. Videatur Divi Thomae art. 10. huiusmodi erroris causa, quaest. ad 4. inquit obiectum, quod est in actu, non potest non esse in actu.

§. III.

Argumentorum enodatio.

132. **A**rguitur primò ex D. Thoma in 2. ad Annibal. dist. 5. quæst. 2. art. 1. ad 1. ubi ait: *Circa iudicium eligibilem in Angelo error esse potuit, quamvis non circa absolutam cognitionem eorum, ad que naturalis cognitio se extendit.*

Respondetur, Angelicum Mag. solum loqui in verbis relatis de errore virtuali, & interpretativo, qui cum inconsideratione privativa coincidit, secus verò de errore formali. Ut clarè se explicat ibidem his verbis: *Intellectus Angeli licet in eligendis non possit ligari passione, sicut in nobis accidit: potest tamen impediri à recto iudicio eligibili per omissionem aliquorum, que consideranda sunt.*

133. **A**rguitur secundò: Nam propterea in Angelo non potuisset præcedere error ante primum eius peccatum, quia est malum pœnæ, & hac ratione debet supponere culpam; sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur min. Tum, quia inconsideratio etiam est malum intellectus; & tamen concedimus illam ante culpam: ergo. Tum etiam: nam inconsideratio præbet fundamentum ad errorem interpretativum, ac proinde nequit non esse malum intellectus; & tamen præcessit ad primum peccatum Angeli: ergo ex eo, quòd error formalis sit malum naturæ Angelicæ, non sequitur non posse præcedere ad primum eius peccatum.

Ad hoc argumentum respondetur, inconsiderationem posse considerari secundum se, vel ut voluntariam. Inter que hoc intercedit discrimen, quòd inconsideratio secundum se sumpta non habet rationem mali respectu vilius intellectus creati, sed est iuxta naturalem eius conditionem, eò quòd non petit esse semper in actuali consideratione omnium suorum obiectorum. Unde solum habet rationem *pure negationis*, ad eum modum quo limitatio in creatura considerata secundum se tantum habet rationem *pure negationis*. At inconsideratio posteriori modo accepta habet rationem mali, non pœnæ, sed culpæ, & præsupponit peccatum voluntatis in aliquo genere causæ. Quocirca non est similis ratio in ea, ac in errore, qui secundum se consideratus est malum pœnæ, ideoque debet præcedere culpa. Per quod constat ad primam probationem. Ad secundam respondetur, quòd licet inconsideratio ut voluntaria præbeat fundamentum ad hoc, ut interpretemur cordate, illam habentem velle errare, proindeque possit dici error *virtualis* & interpretativus; secus verò inconsideratio ut involuntaria: quia hoc modo sumpta est valde conformis naturæ creatæ, ideoque non habet rationem alicuius mali.

134. **A**rguitur tertio (& præcedit contra tertiam partem conclusionis) Nam si ad primum peccatum Angeli præcessisset iudicium inconsideratum, deberet esse voluntarium & culpabile; sed iudicium præcedens primum peccatum Angeli non potuit esse voluntarium & culpabile: ergo primum peccatum Angeli non processit ex inconsideratione. Maior est certa; alias ad omnem defectum voluntatis non præcederet defectus moralis ex parte intellectus. Minor probatur: nam huiusmodi iudicium vel esset voluntarium & culpabile per actum voluntatis, quem regulat, vel per alium priorem; neutrum dici potest: ergo. Minor quoad primam partem probatur: nam iudicium regulans aliquem actum voluntatis præcedit actum regulatum; sed si esset voluntarium & culpabile per actum, quem regulat, non præcederet illum, sed potius subsequeretur: ergo non potuit esse voluntarium & culpabile per actum, quem regulat. Deinde probatur eadem minor quoad secundam partem: nam alias daretur processus in infinitum: siquidem ad priorem illum actum voluntatis deberet præcedere aliud iudicium inconsideratum, de quo fieret idem argumentum.

Et confirmatur: Nam si ad primum peccatum Angeli præcessisset iudicium inconsideratum voluntarium & culpabile, ex nullo capite repugnat, quòd præcesserit error: ergo ita asserendum est. Antecedens probatur: nam ex eo probavimus non potuisse præcedere errorem, quia non potest habere rationem culpæ, aut pœnæ; sed utrunque est falsum, si semel iudicium inconsideratum est voluntarium, & culpabile: ergo non repugnat, quòd præcesserit error. Minor quoad primam partem probatur: nam non est ratio, cur iudicium inconsideratum possit reddi voluntarium & culpabile ex vi actus voluntatis, quem regulat, & error ex vi illius non possit reddi voluntarium & culpabile. Quoad secundam etiam probatur: nam tenet quòd error reddiatur voluntarius & culpabilis per actum voluntatis, quem regulat, iste habet sufficientem prioritatem, ut error habeat rationem pœnæ: ergo potest habere rationem pœnæ.

Ad argumentum respondetur, concedendo maiorem, & negando minorem. Ad cuius probationem eligenda est prima pars dilemmatis, dicendumque est, quòd iudicium inconsideratum ita præcedit actum voluntatis, quem regulat in genere causæ formalis, quòd subsequatur illum in genere causæ efficientis. Itaque iudicium illud inconsideratum habet, & quòd sit secundum se cognitio & propositio obiecti, & quòd sit propositio voluntaria obiecti. Si priori modo consideretur, habet præcedere actum voluntatis in genere causæ formalis, & forte etiam in genere causæ efficientis, secundum quam rationem nullo modo dependet ab actu voluntatis, quem regulat. Si verò sumatur post-

Dub. VII. Utrum ad primum Angeli peccatum præcesserit aliquis error? 277

teriori modo, actus voluntatis præcedit illud in genere causæ efficientis. Neque vllum inconveniens est con cedere, quòd causæ adinvicem sint causæ in diverso genere, imò in eodem genere causæ subalterno, imò & in eodem infimo genere causæ, quando sunt secundum diversas rationes. Pro quo videri omnino debent, quæ diximus tract. 5. disp. 2. dub. 2. §. 5. per totum, ubi enodatae manent communes replicæ contra hanc solutionem.

135. **A**d confirmationem respondetur, quòd error (sicut & inconsideratio) potest considerari dupliciter, vel secundum se, vel secundum aliquem modum accidentalem. Utroque modo acceptus habet rationem mali: cum hoc tamen discrimine, quòd secundum se sumptus tantum potest habere rationem pœnæ, licet consideratus secundum modum accidentalem voluntarietatis possit habere rationem culpæ. In quo partim convenit cum iudicio inconsiderato, & partim ab eo feceratur: nam qua parte est voluntarius, convenit cum iudicio inconsiderato in hoc: quòd potest tunc ponere actum voluntatis, quem regulat, in genere causæ efficientis, ac proinde potest habere rationem culpæ. Sed qua parte error consideratur secundum se, distinguitur ab inconsideratione in eo, quòd ista non habet aliquam rationem mali; ille verò habet rationem mali pœnæ. Neque inconvenit, quòd idemmet actus, dummodo sit alterius potentie distincte à voluntate, secundum se habeat rationem pœnæ, & secundum aliquem modum accidentalem habeat rationem culpæ. Pro quo videntur N. Salm. tom. 4. disp. 17. num. 34. Ex quo inferur, quòd nunquam potest existerre error in intellectu, quin habeat rationem pœnæ alterius præcedentis peccati. Neque ad hoc sufficit quæcumque præcedentia peccati respectu erroris, sed requiritur omnimoda præcedentia: & ita licet permissio peccati sit posterior ipso peccato in genere causæ dispositivæ, quia verò existentialiter præcedit ad ipsum peccatum, nequit habere rationem pœnæ respectu illius, ut rectè tradunt N. Salm. loco supra relato n. 27. ideoque debet præexistere aliud peccatum ad hoc, ut habeat rationem pœnæ. Pariformiter ergo discurremus de errore, quòd non potest habere rationem pœnæ respectu peccati subsequenti. Vnde licet, qua parte esset voluntarius, non repugnet, quòd existeret in intellectu Angeli ante primum eius peccatum; qua parte verò est infallibiliter pœnæ consideratus secundum se, nequit existerre in illo ante primum peccatum.

DUBIUM VIII

Quot moralis, sed instantibus totum negotium bonorum, & malorum Angelorum peractum sit?

136. **P**RO tituli intelligentia, nota primò, numerum instantium, ex quibus tempus Angelicum refultat, desumi ex numero operationum diversarum inter se ordinem successions habentium, ita ut diversitas illa sit in substantia ipsarum operationum, vel in modo intrinseco ipsis operationibus convenienti. Hoc colligitur aperte ex D. Thoma in præf. art. 5. ad 2. his verbis: *Angelus est supra temporarium corporalium: unde instantia diversæ in his, quæ ad Angelos pertinent, non accipiuntur, nisi secundum successionem in eorum actibus.*

Ex quo inferur notabile discrimen quòd intercedit inter instantes Angelicum, & instantes nostri temporis: siquidem hoc est tam formaliter, quam virtualiter indivisibile, ideoque nequit coexistere adæquate alicui parti temporis. Instantes verò Angelicum, quamvis sit formaliter indivisibile, potest tamen coexistere alicui parti nostri temporis. Ratio horum est: quia instantes Angelicum desumuntur ex operatione; & cum operatio eadem Angelica possit durare per correspondentiam ad partem nostri temporis, aut ad unicum dumtaxat instantem hinc est, quòd potest coexistere alicui parti temporis. Instantes verò nostri temporis non est huiusmodi, ut ex se liquet.

137. **N**ota secundò, quòd dum loquimur de toto negotio Angelorum, sermo nobis est non solum de instantibus, quæ proprie pertinent ad statum viz, uti sunt instantes, in quo omnes tam boni, quam mali creati sunt cum gratia, & in quo non erant plene liberi, & instantes, in quo erant plene liberi tam quoad exercitium, quam quoad specificationem, id est, ad bonum & ad malum; sed etiam instantes, in quo boni gloriam perceperunt, & mali æternum supplicium. Hoc tamen instantes, quamvis duret abique fine, accipimus illud nomine *instantis*: quia loquimur de eo, prout est complementum viz, ad quòd de materiali se habet quoad præsens, quòd duret in æternum.

Nota tertio, in hac cæciosa controversia duo inquiri, videlicet, quot fuerint instantia, in quibus totum negotium Angelorum bonorum, & malorum completum fuit? Et an hæc instantia duraverint per correspondentiam ad partem nostri temporis; vel ad unicum tantum instantem? Sed de ultimo instanti extrinseco viz nihil modo, quia ex proxime dictis conitat, quid dicendum sit.

138. Quibus prænotatis, multiplex circa hæc

hanc controversiam militat sententia. Prima asserit, totum Angelorum tam bonorum, quam malorum duobus tantum instantibus peractum fuisse, scilicet primum instans sic assignandum creationi omnium Angelorum, in quo elicerent actum charitatis necessarium quoad specificationem, & liberum quoad exercitium: secundum autem assignandum sic merito plene libero Angelorum bonorum, & peccato malorum, in cuius instantis seu durationis termino boni primum, & mali supplicium affecti sunt. Unde dicunt, quod primum instans fuit simpliciter via & nullo modo terminus, & secundum verò tam respectu malorum, quam bonorum fuit partim via, & partim terminus. Ita Caiet. Nazarius, & alij in præf.

Secunda cum discrimine docet, negotium Angelorum malorum tribus instantibus peractum fuisse, in quo disertè à precedenti sed negotium bonorum peractum fuisse duobus dumtaxat instantibus, in quo convenit cum precedenti. Ita Bañez, Ioann. à S. Thoma, Serra & alij Thomistæ. Tertia denique defendit, negotium totum tam bonorum, quam malorum triplici instanti completum fuisse. Ita Capreolus, Gonet, Salmant. & communiter Theologi ex extraneis. Sed in assignando durationem cuiuslibet instantis etiam divisi sunt. Nam plures asserunt, primum instans durasse per correspondentiam non solum ad instans nostri temporis, sed etiam ad partem illius, non verò determinat durationem illius, & merito, quia esset divinare. Alij cum nostris Salmant. aut huiusmodi instans fuisse omnino indivisibile, durasseque per correspondentiam ad vnicum instans nostri temporis. Sententias tamen N. Salmant. sequentibus assertionibus declarant.

139 Dicendum est primò, instans primum, in quo Angeli tam boni, quam mali elicerent actum charitatis necessarium quoad specificationem, & liberum quoad exercitium fuisse omnino indivisibile, durasseque tantum per correspondentiam ad instans nostri temporis. Hæc conclusio, iuxta D. Thomam, est valde conformis SS. PP. siquidem in præf. art. 6. ait: *Respondet, dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Sed probabilior, & sanctorum dictis magis consonans est, quod statim post primum instans sue creationis diabolus peccaverit. Et hoc necesse est dicere, si ponatur, quod in primo instanti sue creationis in actu liberi arbitrij proruperit, & cum gratia creatus fuerit.* Quibus verbis aperte tenet nostram sententiam, & non nisi voluntariè & si- nistère potest detorqueri in oppositam.

illi Et probatur ratione Div. Thomæ; quæ post verba proximè relata statim subiungit: *Quia enim Angeli per unum actum meritorium ad beatitudinem perveniunt, ut supra dictum est (id est, quod præced. art. 3.) si diabolus in primo instanti in gratia creatus meruit, statim post primum instans beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum præstitisset peccando.* Quæ ratio efficacissima est, si ad debitam formam reducatur, nonnullis tamen prænotatis.

140 Adverte igitur primò, Angelum in primo instanti non potuisse peccare; aut illud peccatum reduceretur in Deum. Unde quamvis omnes Angeli in hoc primo instanti elicerent actum meritorium, de hoc actu actu merito non loquitur D. Thomæ, quia non fuit omnino libero, hoc est, quoad exercitium & specificationem, & ita post illum non debuerunt accipere beatitudinem. Sermo ergo est de actu omnino libero, & de instanti, in quo potuerunt exercere omnimodam suam libertatem. Unde oportet, quod primum illud instans tantum duraret, & non amplius, vsquedum Angeli tam boni, quam mali erant in statu merendi actu omnino libero, hoc est, tam quoad exercitium, quam quoad specificationem.

Adverte secundò, instans, in quo Angeli omnes non potuerunt peccare, sive in quo elicerent actum charitatis necessarium quoad specificationem, & liberum dumtaxat quoad exercitium, esse illud, in quo poterant moveri specialiter à Deo. Natura verò eorum tantum potest moveri à Deo ut ab Authore specialiter, quando non possunt moveri sufficienter in actu primo. Quocirca si post primum instans, quod sic tale per correspondentiam ad instans nostri temporis, non poterant moveri specialiter à Deo, & possunt moveri à seipso, plane aderat, quod illud instans fuit omnino indivisibile, & quod fiat tale per correspondentiam ad instans nostri temporis, & non ad partem divisibilem illius.

141 Adverte tertio, Angelos esse tales nature, ut post primum instans, quod sit tale per correspondentiam ad instans nostri temporis, possint seipso movere. Ratio huius est (de hoc tantum prænotabili petenda est: siquidem de præcedentibus quoad præfens nulla difficultas est) quia tunc Angelus potest movere seipsum, quando supponitur specialiter motus, & motio specialis non petit ex natura sua amplius durare: quia his suppositis est satis constitutus in actu primo ad se movendum, nec ex capite motionis specialis, aut aliunde hoc ei repugnat; sed Angelus in primo instanti sue creationis movetur à Deo specialiter, & hoc motio non petit amplius durare: ergo post primum instans correspondens instanti nostri temporis immediate Angelus potest movere seipsum. Minor pro-

probat: Tum, quia motio specialis petitur à natura angelica, ut constituat sufficienter in actu primo ad se movendum, sed supposita motione specialis tantum pro primo instanti correspondenti instanti nostri temporis Angelus est constitutus sufficienter in actu primo ad se movendum in instantibus immediate succedentibus: siquidem in primo instanti, ut motus specialiter à Deo, elicit volitionem finis, per quam est satis constitutus in actu primo ad se movendum postea: ergo motio specialis Dei non petit durare, nisi per vnicum instans correspondens instanti nostri temporis. Tum etiam: quia motio specialis Dei petit durare eo tempore, quo petit durare eius prima operatio, quia per hanc factis constituitur in actu primo ad se movendum, explicatur prius inclinatio naturalis, natura condita à Deo, & voluntas operatur per modum nature prius quam per modum omnimodæ libertatis; sed prima operatio, quæ habet omnia hæc requisita, tantum petit durare per vnicum instans correspondens instanti nostri temporis: siquidem ad quamlibet operationem Angeli propter summam eius actualitatem, & perfectionem sufficit vnicum tantum instans: ergo. Tum denique: nam motio specialis durans præcisè per vnicum instans correspondens instanti nostri temporis satis est, ut postea operatio Angeli reducatur in Deum ut ad Authorem specialem: ergo.

142 Ex his manet explanata supradicta ratio D. Thomæ. Quæ reducitur ad hanc formam: nam primum instans Angelicum duravit per solam illam durationem, in qua non potuit elicere actum meritorium omnino liberum, per quem Angelus bonus pervenit ad beatitudinem, & malus pervenisset, si stetit; sed uterque Angelus per vnicum tantum instans correspondens instanti nostri temporis non potuit elicere actum meritorium omnino liberum, post quod potuit illum elicere: ergo primum instans Angelicum fuit omnino indivisibile, & duravit tantum per correspondentiam ad instans nostri temporis. Consequentia est legitima: Et præmissæ sunt veræ, iuxta superius prænotata.

143 Probat secundò alla ratione D. Thomæ, quam adducit loco supra relato ad 3. ubi ait: *Dicendum, quod Angelus habet liberum arbitrium inflexibile post electionem. Et ideo nisi statim post primum instans, in quo naturalem motum habuit ad bonum, impedimentum beatitudini præstitisset, fuisset firmatus in bono; sed non est simile de homine.* Quæ ratio; quæ est quedam confirmatio præcedentis, potest redigi ad hanc formam:

Nam Angelus malus peccavit, & bonus potuit peccare immediate post primum instans correspondens instanti nostri temporis: ergo primum instans fuit omnino indivisibile. Antecedens probatur: nam Angelus post prædictum

instans fuit liber vtraque libertate, libertate, inquam, quoad exercitium, & quoad specificationem, seu libertate ad bonum & ad malum: ergo Angelus malus post primum instans peccavit, & bonus potuit peccare. Antecedens constat ex prænotabilibus. Consequentia verò probatur: nam si Angelus malus post prædictum instans non peccasset, nunquam peccaret: siquidem post prædictum instans motus fuit ex propria electione, & non ex speciali motione Dei, & Angelus redditur inflexibilis ex vi electionis propriae voluntatis suæ omnino liberæ, ut ex prænotatis constat: ergo peccavit immediate post primum instans correspondens instanti nostri temporis.

144 Nec fas est dicere, Angelos post primum instans mansisse otiosos per aliquam morulam. Tum, quia non est credibile, Angelos natura actualissimam, gratia & charitate præditos mansisse otiosos in ea duratione, in qua urgebat præceptum convertendi se in Deum Authorem supernaturalem, & quando de ultimo sine deliberare deberent; sed duratio succedens ad primum instans fuit huiusmodi, eo quod in ea erant plene liberi: ergo non manserunt in ea otiosi. Tum etiam & præcipue: quia ex vna parte Angelus in ea duratione diligebat propriam excellentiam, ad cuius dilectionem erat necessitatus quoad exercitium; & ex alia urgebat præceptum diligendi eam cum ordinatione ad ultimum finem supernaturalem: ergo vel dilexit eam cum prædicta ordinatione, vel non? Si dicatur secundum: ergo peccavit. Si primum: ergo mansit ex tunc inflexibilis in bono.

§. II.

Opposita sententia.

145 Arguitur primò: Nam prima operatio, ad quam Angelus motus est specialiter à Deo, non solum duravit per instans correspondens instanti nostri temporis: ergo primum instans Angelorum non fuit omnino indivisibile per correspondentiam ad instans nostri temporis. Probat antecedens: nam id Angelus concedendum est, quod est conaturalius suæ nature; sed conaturalius est suæ nature, quod huiusmodi operatio duret per aliquod etiam breve tempus, quam per vnicum instans omnino indivisibile: ergo non solum duravit per instans nostri temporis. Minor probatur. Tum, quia huiusmodi operatio fuit libera saltem quoad exercitium; sed conaturalius est nature create liberæ aliquantulum permansere in suo actu libero, quam illum statim relinquere: ergo. Tum etiam: quia illum actum statim mutare indicat nimiam mutabilitatem & imperfectionem oppositam perfectioni

naturæ Angelicæ, necnon prudenti modo operandi.

Confirmatur: Quia non est presumendum, Deum tam parvè se gessisse cum Angelis malis, communicando illis gratiam habitualem per unicum tantum instans omnino indivisibile, & movendo eos per motionem specialem adeo instantaneam.

Ad argumentum respondetur, negando antecedens. Ad cuius probationem, concessa mai. neganda est min. Cuius nulla probatio vrger. *Non prima*: quia licet sit Angelo connaturalius persistere in operatione plene libera, qualis fuit operatio secundi instantis, secus verò in operatione libera tantum quoad exercitium, & necessaria quoad specificationem necessitate orta præcisè ex titulo primi instantis seu operationis omnino primæ propter rationes superius datas. Neque hoc indicat immutabilitatem in Angelo ex hoc tantum titulo, aut imprudentiam, sed necessitatem ortam ex speciali motione Dei, quæ tantum per unicum instans, & non amplius petit durare. Verum quidem est, quod ex alio capite Angeli mali possunt & debent argui mutabilitatis & imprudentiæ, quia, videlicet, cum possent persistere ex propria electione in amore Dei, quem elicerent in primo instanti, non peristerunt, sicut peristerunt boni Angeli, & ideo prudenter se gesserunt. Per quod constat ad secundam probationem.

Ad confirmationem respondetur, quod Deus titulo *Creatoris* ex una parte non tenetur movere Angelos specialiter, nisi ad primam operationem, & pro unico tantum instanti indivisibili. Et ex alia, quantum est ex se, concessit eis gratiam habitualem, ut duraret sine fine, nisi per ipsos habitisset, quod amplius non durasset. Unde non est eorum reputandus sit ut parvus & avarus.

146 Arguitur *secundò*: Deus in primo instanti revelavit omnibus Angelis mysterium Trinitatis, vi cuius revelationis elicerent actum fidei circa prædictum mysterium regulantem actum charitatis. Rursus in secundo instanti immisit eis novam revelationem de mysterio Incarnationis auferendo ab illis cogitationem de mysterio Trinitatis; sed non est credibile, quod cogitatio de mysterio Trinitatis tam citò transferretur: ergo fatendum est, quod primum instans non fuit omnino indivisibile.

Hoc argumentum, quod est Suariz, sicut & præcedens, est valde futile: Tum, quia absque vilo fundamento asseritur, quod revelatio mysterij Incarnationis facta fuerit Angelis in secundo instanti, & non in primo. ¶ *Tum*: Quia dato, & non concesso, quod ita contingerit, omnino voluntarie dicitur, quod revelatio de mysterio Trinitatis ablata fuerit in secundo instanti, ut Deus iniquiter revelationem my-

sterij Incarnationis, quæ revelatio prioris mysterij incompossibilis sit cum revelatione posterioris. ¶ *Tum insuper*: Quia gratis dato quod revelatio Trinitatis ablata fuerit, & in secundo instanti revelatio de mysterio Incarnationis immissa fuerit, non est ratio vrgens ad concedendum, quod hæc communicata fuit per correspondentiã ad partem nostri temporis, sed potius vrget fundamentum ad asserendum, quod facta fuerit per correspondentiã ad instans nostri temporis: quia cum tempus Angelicum sit superius ordinis, post unum instans non debet immediate succedere pars temporis, sed potest succedere aliud instans. ¶ *Tum denique*: Quia, adhuc supposita persistencia revelationis de mysterio Trinitatis per instans ut correspondens ad partem nostri temporis, non inde convincimur ad concedendum, quod actus amoris, duravit per æqualem durationem: quia illius revelatio, seu actus fidei de eo non est incompossibilis cum peccato, bene verò actus amoris Dei supernaturalis. Unde optime potest stare, quod huiusmodi revelatio persisteret pro secundo instanti, & non actus amoris propter rationes assignatas pro nostra conclusione.

147 Arguitur *tertiò*, & *ultimò*: Nam motio specialis Dei duravit in omnibus Angelis per instans ut correspondens parti nostri temporis: ergo etiam actus amoris Dei supernaturalis. Antecedens, in quo tantum est difficultas, suadet: nam in Angelis bonis duravit per illud instans illo modo acceptum: ergo etiam in Angelis malis. Consequentia est legitima: quia eadem ratio militat de omnibus Angelis. Antecedens probatur: nam Angeli boni, continuant eundem numero actum amoris, quem elicerent in primo instanti: ergo eadem motio fuit in illis pro primo & secundo instanti. Patet consequentia: nam motio Dei non debet variari, dum perseverat eadem operatio.

Hoc argumentum tangit rem ex una parte ambiguam, & ex alia valde difficilem. Tangit enim in primis, quod Angelus eundem numero actum, quem elicit in primo instanti, continuavit in secundo, quæ res est satis ambigua. Ideoque aliter discurrendum est de motione, si idem actus numero continuatus fuit, & aliter, si non continuatus. Si enim fuit distinctus numero, proculdubio etiam motio fuit diversa. Iuxta quod omnino asserendum est, quod motio ad primum actum fuit collata à Deo ut ab Authore speciali, & motio ad posteriorem actum fuit ab ipso ut ab Authore universalis. Et cum motio ad primum actum sit omnibus debita, & motio ad secundam sit indebita, debuit Deus omnibus illam conferre ad primum actum, & potuit postea illam denegare, aut concedere absque detrimento Acceptiõis personarum, cui voluerit iuxta illud apostoli. *Cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.*

Si

Si verò supponatur, quod actus charitatis fuit idem numero, res est valde difficilis propter duo, videlicet, quia valde difficile est explicari, quomodo eadem numero motio procedat à Deo in primo instanti ut ab Authore speciali, & in secundo ut ab Authore universalis: & quia non minus difficile est explicare, an prædicta motio fuerit formaliter eminenter simul auxiliium sufficiens & efficax, vel an motio efficax fuerit realiter distincta ab auxiliio insufficienti.

Pro quorum enodatione concedendum est imprius (facta prædicta suppositione) quod fuit eadem numero motio in primo & secundo instanti. Sed non propterea secundum instans reputandum est pro primo, licet reipsa fuerit in utroque instanti eadem numero operatio: quia operatio habebat in secundo instanti diversum modum ab eo, quem habebat in primo. Et ratio huius est: quia illa motio in primo instanti erat à Deo tanquam ab Authore speciali, & in secundo tanquam ab Authore universalis. Ex quo procedit, quod operatio habebat in secundo instanti diversum modum ab eo, quem habebat in primo: quia Angelus ex vi illius in primo instanti erat liber quoad exercitium tantum, & in secundo etiam quoad specificationem. Si autem huius rationem quaras, alia non est, nisi quam dedimus. Et probatur ratione D. Thomæ in *pract.* art. 5. ad 2. ubi ait: *Instantia diversa, in his, quæ ad Angelos pertinent, non accipiuntur nisi secundum successiõnem in ipsis actibus.* Non autem potuit simul esse in eis actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, cum unus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ. Unde relinquuntur, quod oportet diversa instantia accipi, in quorum uno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

Confirmatur, præcludendo evasiõnem Caietani, & simul expianandõ rationem D. Thomæ: Nam per gratiam in perfectam intelligit Angelicæ. Præcept. gratiam, quæ est principium meriti, & cuius opus meritorium regulatur per fidem; sed reputat in eodem instanti existere actum fidei, & actum visionis, ut nunc supponimus: ergo in instanti, quo Angeli boni elicerent actum meritorium omnino liberum, non haberent visionem beatam.

150 Nec retort, si dicas cum Caiet. quod licet fides non poterit esse cum visione secundum imperfectiõnem, quam importat, scilicet, secundum obscuritatem, potest tamen existere cum illa secundum perfectiõnem, quam includit, videlicet, secundum quod est certa cognitio, supernaturalium.

Non (inquam) retort: Nam de essentia fidei dei non solum est certitudo, sed etiam obscuritas de rebus cognitis, itaut secus obscuritate non maneat fides: ergo si fides secundum obscuritatem, quam importat, non potest coexistere

illa motio habuerit formaliter eminenter munera auxiliij sufficientis & efficaci, tangit rem rã Angelis, quam hominibus communem. Potestque iustineri, quod idem auxiliium absque distinctione reali, cum distinctione tamen virtuali, possit habere, & defacto habuit in omnibus Angelis pro primo instanti veramque formalitatem, sicut idem iudicium pro eodem instanti habuit cum simili distinctione munera iudicij indifferentis, & iudicij practici determinati. Hoc autem iudicium quoad utramque formalitatem continuatum fuit in Angelis bonis, secus verò in malis: in his enim pro secundo instanti solum fuit auxiliium sufficiens; quod, ut potest tale, debuit distingui realiter & specie à primo. Neque huius discriminis allam rationem quaras, nisi voluntatem Dei, qui sine vili causa ex parte peccatoris potest denegare auxiliium efficax.

§. III.

Assertio secunda.

149 D icendum est *secundò*, Angelos bonos non elicitisse in eodem indivisibili instanti actum meritorium, & Deum vidisse. Et probatur ratione D. Thomæ in *pract.* art. 5. ad 2. ubi ait: *Instantia diversa, in his, quæ ad Angelos pertinent, non accipiuntur nisi secundum successiõnem in ipsis actibus.* Non autem potuit simul esse in eis actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, cum unus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ. Unde relinquuntur, quod oportet diversa instantia accipi, in quorum uno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

Confirmatur, præcludendo evasiõnem Caietani, & simul expianandõ rationem D. Thomæ: Nam per gratiam in perfectam intelligit Angelicæ. Præcept. gratiam, quæ est principium meriti, & cuius opus meritorium regulatur per fidem; sed reputat in eodem instanti existere actum fidei, & actum visionis, ut nunc supponimus: ergo in instanti, quo Angeli boni elicerent actum meritorium omnino liberum, non haberent visionem beatam.

150 Nec retort, si dicas cum Caiet. quod licet fides non poterit esse cum visione secundum imperfectiõnem, quam importat, scilicet, secundum obscuritatem, potest tamen existere cum illa secundum perfectiõnem, quam includit, videlicet, secundum quod est certa cognitio, supernaturalium.

Non (inquam) retort: Nam de essentia fidei dei non solum est certitudo, sed etiam obscuritas de rebus cognitis, itaut secus obscuritate non maneat fides: ergo si fides secundum obscuritatem, quam importat, non potest coexistere

Non re

re cum visione beata, neque potest secundum suam entitatem coexistere cum ea.

Ex his inferitur, Angelos malos, in eodem instanti quo peccaverunt, non subijcere aeternum supplicium. Nam de demerito, & de pena essentiali demonum eodem modo philosophare debemus, ac de merito, & premio essentiali Angelorum bonorum; sed Angeli boni non in eodem instanti meruerunt, & consequuti sunt gloriam essentialem: ergo nec Angeli mali in eodem instanti peccaverunt, & subierunt supplicium aeternum. *Explicatur*: Angelus nequit in eodem instanti esse cum lumine fidei aliisque donis supernaturalibus, & non esse, ut ex se liquet; sed ita est, si in instanti, quo peccavit, subiret penam aeternam: siquidem in illo instanti habuit habitum fidei & alia dona supernaturalia, nempe spem Theologicam, & auxilia sufficientia ad merendum, quae incompotibilia sunt in statu damnationis: ergo.

Sed obijciens primò: Nam meritum, aut demeritum Angelorum consistit in operatione subita & instantanea; sed non repugnat, quod terminus operationis instantaneus sit cum ea in eodem instanti, ut liquet in illuminatione Solis: ergo cum gloria, & pena aeterna sint termini meriti, & demeriti, possunt existere in eodem instanti cum illis. ¶ *Et confirmatur*: Nam ex terminis non repugnat, quod premium conferatur in eodem instanti, quo existit meritum, & ita augmentum gratiae confertur in eodem instanti, quo existit eius meritum: ergo nec repugnat, quod gloria aeterna, & supplicium aeternum conferantur in instanti meriti, & demeriti.

Ad obiectionem respondetur, quod licet, generaliter loquendo, non repugnet, terminum alicuius actionis existere in eodem instanti, quo elicitur ipsa actio; ob rationem tamen specialem supra assignatam repugnat, quod premium aeternum conferatur in eodem instanti, quo existit meritum illius; & idem dicendum est de aeterno supplicio comparativè ad suum demeritum. Per quod etiam constat ad confirmationem.

151 *Obijciens secundò*: Nam in eodem instanti, quo peccator disponitur ad gratiam, infunditur ei: ergo etiam in eodem instanti, in quo Angelus meruit gloriam, aut privationem illius, potuit illa per modum premij, & illa per modum poenae ei conferri. Antecedens est certum. Et consequentia probatur: quia sicut meritum, & demeritum sunt via ad premium, & supplicium; ita & dispositio ad gratiam est via ad eam: ergo si primum est verum, etiam secundum.

Confirmatur primò: Nam anima rationalis in primo instanti suae separationis, quod potest esse primum beatitudinis, solet mereri: ut liquet in Martyre, qui non meretur laureolam

martyrij ante mortem, sed in instanti separationis animae, eò quod ad martyrium requiritur, quod ad Martyr verè moriatur: ergo etiam Angelus in eodem instanti potest mereri, & premium recipere.

Confirmatur secundò: Nam anima iusti potest mereri remissionem venialium in primo instanti suae separationis: siquidem homo moritur multoties cum pluribus venialibus, & in illo disponitur ab remissionem eorum: ergo etiam Angelus potest mereri premium separatae in instanti suae glorificationis.

Confirmatur tertio: Nam si quis ab instanti visus rationis fuisset in peccato lethali & atritus praecise confiteatur, & antequam Sacerdos proferat formam absolutionis, in idam instantiam, & in ea absolvatur, proculdubio iste salvabitur, eòdè vique ad finem vitae in ea perseveret: ergo vel dicitur esse, quòd iste non consequeretur gloriam per modum coronae; vel haberet actum meritorium in primo instanti separationis. *Adde*: Nam potest contingere, quòd aliquis existens in lethali atritus tantum confiteatur, & in instanti terminativo verborum absolutionis moriatur, in quo casu in idam gratia sanctificans in illo instanti, & meretur premium essentiali, & nisi impediatur ratione alicuius poenae in purgatorio luendae, esset simul beatus: ergo in eodem instanti potest Angelus mereri, & esse beatus.

152 Ad argumentum respondetur, concedendo antecedens; & negando consequentiam, propter duplicem disparitatis rationem. *Prima est*: quia meritum, & premium quod est beatitudo ultima, proveniunt ex principijs inter se incompotibilibus, videlicet ex fide, & lumine gloriae. At dispositio ad gratiam procedit ex ipsa gratia; ideoque debent esse in eodem instanti. *Secunda est*: quòd dato, sed non concessio, quòd dispositio ad gratiam non procedit effectivè ab ea, taliter tamen est via ad illam, quòd non potest procedere ex principio incompotibili cum ea, sicut nec meritum augmenti gratiae.

Ad primam confirmationem respondetur, esse satis probabile, quòd ad coronam martyrij non requiritur, quòd actu sequatur mors, sed sufficit, quòd instigatur vulnus ex se illativum mortis. Vel respondetur cum D. Thoma 2. 2. quæst. 124. art. 4. ad 4. ubi responder: *Dicendum, quòd meritum martyrij non est post mortem, sed in ipsa voluntaria sustentatione mortis, prout scilicet aliquis voluntariè patitur infirmitatem mortis*. Unde sicut illa sustentatione non est in instanti mortis, ita nec meritum.

Ad secundam confirmationem respondetur, falsum esse, quòd anima existens in purgatorio proprie mereatur remissionem venialium, ut expresse tradit D. Thomas de Mal. quæst. 7. art. 11. ad 6. & 4. dist. 17. quæst. 2. artic. 4. quæstione. 3. ad 7. sed id fit medio actu fer-

VEN.

ventissimo charitatis elicitio in statu separationis per modum formae incompotibilis cum eis, & non per modum formae meritoriae. Et si Div. Thomas aliquando docet oppositum: vel dicendum est retractasse sententiam: vel interpretandum est de merito improprio, prout coincidit cum impetratione, consecutione, aut dispositione.

Ad tertiam respondetur, quòd licet in praedicto casu homo consequeretur gloriam sine aliquo merito proprio ratione gratiae sibi collatae per Sacramentum ex opere operato, sed hoc esset per accidens: quod de Angelis concedi nequit, eò quòd pro eis non sunt instituta Sacramenta. ¶ Ad additamentum respondetur, quòd si ille homo iustificaretur, non haberet gratiam aut gloriam ex merito, sed gratia conferretur ei ex opere operato virtute Sacramenti; & cum gratia sit semen gloriae, haec conferretur non per modum coronae. *Divinus si iustificaretur*: quia satis probabile est, quòd absolutio non fortiretur effectum ex defectu subiecti capacis subiectum enim capax absolutionis non est anima separata, sed totus homo viator.

153 *Obijciens ultimò*: Nam instantia Angelica desumuntur ex numero operationum; sed Angelus tam bonus, quam malus continuerunt eandem numero operationem pro secundo instanti, & pro instanti glorificationis & damnationis: ergo in eodem instanti elicerunt actum meritorium, & demeritorium, & receperunt premium, & supplicium.

Ad hoc argumentum respondetur, quòd gratis dato, quòd uterque Angelus continuavit in instanti suae glorificationis, & damnationis eundem numero actum voluntatis, quem elicit in secundo instanti; uterque tamen elicit iudicium diversum: nam Angelus bonus in secundo instanti habuit iudicium fidei; & in instanti glorificationis visionem; & Angelus malus in secundo instanti habuit iudicium de amanda propria excellentia sine consideratione regulae; & in instanti damnationis habuit iudicium de amanda propria excellentia, cum consideratione, quod est contra legem: siquidem habet remorsum conscientiae, quae facit illum considerare, quòd sit contra legem Dei. Nec inconvenit, quòd, variato iudicio ex parte intellectus, maneat idem numero actus voluntatis, ut probabiliter docent Theologi de Beata Virgine. Porro instantia Angelica potius desumi debent ex numero operationum intellectus, quam ex numero operationum voluntatis, quia illae simpliciores sunt & regulativè istarum. Vel si desumuntur ex numero istarum, habuerunt diversum modum libertatis in secundo instanti, ac in instanti glorificationis, & damnationis, & hoc sufficit ad multiplicandam instantia Angelica.

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

Corollaria ex dictis.

154 **E**X haecenus dictis habes, totum negotium Angeli tam boni, quam mali tribus instantibus completum fuisse. In primo enim omnes fuerunt creati in gratia, eliceruntque tam operationem naturalem, quam supernaturalem, ad quas à Deo specialiter applicati sunt. Unde in eo omnes meruerunt, licet non plenè & perfectè: quia actus charitatis; quem in illo elicerunt, non fuit perfectè liber, sed necessarius quoad specificationem, & liber tantum quoad exercitium. In secundo instanti Angelus bonus in sua conversione ad Deum finem supernaturalem perseverans, vel per eundem numero actum, vel per actum realiter diversum, plenè atque perfectè, id est, ex plena deliberatione & libertate, meruit: Angelus verò malus cum simili libertate, ad propriam excellentiam inordinatè se convertens, à Deo averfus est, & peccavit. In tertio instanti Angeli boni aeternam beatitudinem consecuti sunt, & mali aeternum supplicium.

Nota tamen, quòd licet in Angelis numerus instantium desumi debeat ex numero operationum; hoc debet intelligi de operationibus inter se incompotibilibus, seu habentibus inter se ordinem successione, ita ut una sit post aliam. Itaque quamvis Angelus in primo instanti eliceret duplicem operationem, aliam naturalem, & alteram supernaturalem; & in secundo instanti Angelus bonus eliceret plures operationes pertinentes vel ad diversas potentias, vel ad unam, puta actum fidei, spei, charitatis, religionis, & humilitatis; & malus proportionabiliter actum superbiae, odij Dei, invidiae &c. non propterea pro eis computanda sunt diversa instantia, quia sunt inter se compotibiles, & subordinationem habentes.

155 Sed inquires, quanta fuerit mora & duratio uniuscuiusque instantis ex tribus enumeratis per correspondentiam ad nostrum tempus? ¶ Ad quod respondetur, quòd primum instans tantum duravit per correspondentiam ad instans nostri temporis. Quod satis probatum manet §. 1. per totum. Tertium & ultimum instans, si sumatur prout dicit novitate essendi, id est prout mensurat primam receptionem premij, aut supplicij, solum duravit per correspondentiam ad instans nostri temporis, quia licet premium & supplicium durent per aeternitatem, non tamen important novitatem essendi per totam aeternitatem, sed praecise per unicum instans ut correspondens instanti nostri temporis.

156 Maior difficultas est in assignando morulam secundi instantis, quia res omnium in-

Nu 2

cor.